

Cui respondit mater Sancti Thomæ: Non sum digna patere talēm filium, tamen faciat Deus. Sicut placet sua voluntati, sicut autem iste Sanctus eremita prædictus, sic postea accidit; quia domina Theodora tempore suo perit filium, & postea in Baptismo mater, & pater fecerunt ipsum Thomam vocari, vt Spiritus sanctus ordinauerat: & istud non men bene sibi congruum fuit, quia Thomas interpretatur abyssus scientie.

In secunda parte Historie dicitur de eius infancia.

CVM autem puer nobilis est natus, & baptizatus, nutriti traditur, quæ nutritæ in eodem palatio cum matre morabantur. Accidit, quod mater Sancti Thomæ voluit cum alijs dominabus Neapolí ad Balneam ire; cum autem iuaserit, & secū duxisset nutritam cum predicto puerō, nutrita posuit ipsum ad sedēdum in loco Balnei; cum sic lediceret, ecce Dei procuratio, iuxta se intenuit cartulam parvulam, quam insans accipiens tenuit eam strictam in manu; nutrita eius volens eum exire, ut ipsum balnearet, cepit manū eius, volens auferre cartulam de manu sua, atque manū eius aperire, ut ipsum posset expoliare: puer fortiter tenens eam clausam, cepit eiulare, cui nutrita compatiens, sic cum manu clausa ipsum expolivit, balneauit, induit, & ad domum cum matre portauit, sic manū clausam tenentem: cogitans hoc in fine misterio, & magna cautela accidisse: Mater vero eius manū clausam aperuit, & licer plangeret, accepit cartulam, & inuenit in ea Salutationem Mariæ Virginis scriptā: *Præfigit maxima deuotio ipsa autem cartula sibi à Deo misa, quæ continebat principium nostræ saluationis, quæ in manu dextera tenebat; figurabat quomodo illi manu scribere debebat gloriose multa ad nostram saluationem pertinentia: & ex tunc puer in consuetudine habuit, quod cum fleret ex aliqua causa, à fletu non cessabat, donec aliqua cartula scripta sibi daretur, quam accipiens, statim in ore ponebat, & totus letus fiebat.* Et istud figurabat quomodo sacram scripturam debebat diligere, & quomodo de ipsi animam suam debebat replere, & quomodo in sacra scriptura magnam dulcedinem debebat sentire. Vnde licet Angelus dedit librum Ezechielii, vt co-

mèderet; & dedit beato Ioanni, vt deuoraret, sic L' s dedit Sancto Thomæ, vt intelligeret.

In tertia parte, de eius pueritia.

CVIM puer Thomas iam quinque annos in aetate haberet, pater, & mater miserunt ipsum cum nutrice, & bona societate ad Monasterium montis Cassini, vt ibi in moribus instrueretur, & in sacris literis eruditetur. Nam in partibus illis talis consuetudo erat, vt filij nobilium mitterentur ad illud Monasterium, vt in moribus, & in sacris literis eruditetur: cum autem Beato Thomae datus esset Magister, qui ipsum in moribus, & in literis instrueret, ipse puer Thomas in tali pueritia tria commendabilia fecit. Primum quia sic puer cepit sollicitè querere à Magistro, quid esset Deus, & cepit ostendere, quomodo desiderabat cognoscere Deum; & istud erat iudicium, quomodo postmodum debebat Deum cognoscere, & diligere, & de ipso multa docere. Secundum quod fecit existens puer fuit, quia societatem aliorum puerorum nobilium, qui ibi nutriebantur, sic ipse fugiebat, & lectio nem sibi datam à Magistro sollicitè studiebat, & addisciebat, & plures in die, sic puer existens deuotè in die, & in nocte orabat: non enim erat loquax sicut alij pueri, sed mirabiliter taciturnus, & quietus. Tertium quod fecit existens puer fuit, quia cum iam esset octo, vel novem annorum, vel circa hoc, & haberet nobilissimum ingenium super omnes alios pueros, & daret se studio conti nué; Abbas Monasterij consultus patri suo, *feliciter* scilicet domino Landulpho, quod mitteret *ma s.* eum Neapolim, vt ibi scientias addisceret: *me a rita* pater autem Beati Thomæ audiens quomodo filius ad scientiam dispositus erat, misit ipsum Neapolim ad magistrum Martinum, qui pueros in Grammatica docebat: cū autem instructus esset in Grammaticalibus, postea in Logicalibus, & in Naturalibus magistrum Petrum de Ybernia habuit in cuius scola sic notabiliter didicit, & ibi ingenium suum nobilissimum manifestauit, q̄ omnes in admiratione ducebant. Nā lectiones quas à magistro audierat, profundius, & clarius dicebat, quam dixisset magister. Et sic fama eius per oēs scolas, & per Neapolim volavit.

Quarta